



Folheto bilíngue - Latim - Português

PREX EUCHARISTICA I

Canon Romanus

V. Te ígitur, clementíssime Pater, per Iesum Christum, Fílium tuum, Dóminum nostrum, súplices rogámus ac pétimus, uti accépta hábeas et benedícas + hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre et régere dignéris toto orbe terrárum: Una cum famulo tuo Papa nostro Benedicto, et Antistite nostro Ferdinando et ómnibus orthodoxis atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

V. Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuárum et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est et nota devótio, pro quibus tibi offérimus:

ORAÇÃO EUCARÍSTICA I

Cânnon Romano

V. Pai de misericórdia, a quem sobem nossos louvores, nós vos pedimos por Jesus Cristo, vosso Filho e Senhor nosso, que abençoeis estas oferendas apresentadas ao vosso altar. Nós as oferecemos pela vossa Igreja santa e católica: concedei-lhe paz e proteção, unindo-a num só corpo e governando-a por toda a terra. Nós as oferecemos também pelo vosso Papa Bento, por nosso bispo Fernando. e por todos os que guardam a fé que receberam dos apóstolos.

V. Lembrai-vos, ó Pai, dos vossos filhos e filhas N.N. e de todos os que circundam este altar, dos quais conheceis a fidelidade e a dedicação em vos servir. Eles vos oferecem

vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus: pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suae: tibi que reddunt vota sua aeterno Deo, vivo et vero.

V. Communicantes, et memoriam venerantes, in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi: , sed et beati Ioseph, eiusdem Virginis Sponsi, et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreae, (Iacobi, Ioannis, Thomae, Iacobi, Philippi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Thaddaei: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Corneli, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Ioannis et Pauli, Cosmae et Damiiani) et omnium Sanctorum tuorum; quorum meritis precibusque concedeas, ut in omnibus protectionis tuae muniamur auxilio. (Per Christum Dominum nostrum. Amen.)

V. Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quaesumus, Domine, ut placatus accipias: diisque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari. (Per Christum Dominum nostrum. Amen.)

V. Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quaesumus, benedictam, (de joelhos) adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut nobis Corpus et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui, Domini nostri Iesu Christi.

V. Qui, pridie quam pateretur, accipit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in caelum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

conosco este sacrificio de louvor por si e por todos os seus, e elevam a vós as suas preces para alcançar o perdão de suas faltas, a segurança em suas vidas e a salvação que esperam.

V. Em comunhão com toda a Igreja, veneramos a sempre Virgem Maria, Mãe de nosso Deus e Senhor Jesus Cristo; e também São José, esposo de Maria, os santos Apóstolos e Mártires: Pedro e Paulo, André (Tiago e João, Tomé, Tiago e Filipe, Bartolomeu e Mateus, Simão e Tadeu, Lino, Cleto, Clemente, Sisto, Cornélio e Cipriano, Lourenço e Crisógono, João e Paulo, Cosme e Damião) e todos os vossos Santos. Por seus méritos e preces concedei-nos sem cessar a vossa proteção. (Por Cristo, Senhor nosso, Amém).

V. Recebei, ó Pai, com bondade, a oferenda dos vossos servos e de toda a vossa família; dai-nos sempre a vossa paz, livrai-nos da condenação eterna e acolhei-nos entre os vossos eleitos. (Por Cristo, Senhor nosso, Amém).

V. Dignai-vos, ó Pai, aceitar e santificar estas oferendas, a fim de que se tornem para nós o Corpo e o Sangue de Jesus Cristo, vosso Filho e Senhor nosso.

V. Na noite em que ia ser entregue, Ele tomou o pão em suas mãos, elevou os olhos a vós, ó Pai, deu graças e o partiu e deu a seus discípulos, dizendo:

ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES:
HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO
VOBIS TRADATUR.

V. Símili modo, postquam cenátum est,
accípiens et hunc præclárum cálicem
sanctas ac venerábiles manus suas, item tibi
grátias agens benedíxit,dedítque discíplis
suis, dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC
EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET
ÆTERNI TESTAMENTI, QUI PRO VOBIS ET
PRO MULTIS EFFUNDETUR IN RE MI S S I O
N E M PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM
COMMEMORATIONEM.

V. Mystérium fidei.

**R. (de pé) Salvátor mundi, salva nos, qui
per crucem et resurrectionem tuam
liberásti nos.**

V. Unde et mémoires, Dómine, nos servi tui,
sed et plebs tua sancta, eiúsdem Christi,
Fílii tui, Dómini nostri, tam beátæ passiónis,
necnon et ab ínferis resurrectionis, sed et
in cælos gloriósæ ascensionis: offérimus
præcláræ maiestáti tuæ de tuis donis ac datis
hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam
immaculátam, Panem sanctum vitæ ætérnæ
et Cálicem salútis perpétuæ.

V. Supra quæ propítio ac seréno vultu
respícere dignéris: et accépta habére, sícuti
accépta habére dignátus es múnera púeri
tui iusti Abel, et sacrificium Patriárchæ
nostri Abrahæ, et quod tibi óbtulit summus
sacérdos tuus Melchisedech, sanctum
sacrificium, immaculátam hóstiam.
Súplices te rogámus, omnípotens Deus:
iube hæc perférri per manus sancti Angeli

TOMAI, TODOS, E COMEI: ISTO É O MEU COR-
PO, QUE SERÁ ENTREGUE POR VÓS.

V. Do mesmo modo, ao fim da ceia, Ele to-
mou o cálice em suas mãos, deu graças no-
vamente e o deu a seus discíulos dizendo:

TOMAI, TODOS, E BEBEI: ESTE É O CÁLICE DO
MEU SANGUE, O SANGUE DA NOVA E ETER-
NA ALIANÇA, QUE SERÁ DERRAMADO POR
VÓS E POR TODOS PARA A REMISSÃO DOS
PECADOS. FAZEI ISTO EM MEMÓRIA DE MIM.

V. Eis o mistério da fé!

**R. Salvador do mundo, salvai-nos, vós que
nos libertastes pela cruz e ressurreição.**

V. Celebrando, pois, a memória da paixão
do vosso Filho, da sua ressurreição dentre
os mortos e gloriosa ascensão aos céus, nós,
vossos servos, e também vosso povo santo,
vos oferecemos, ó Pai, dentre os bens que
nos destes, o sacrifício perfeito e santo, pão
da vida eterna e cálice da salvação.

V. Recebei, ó Pai, esta oferenda, como rece-
bestes a oferta de Abel, o sacrifício de Abraão
e os dons de Melquisedeque. Nós vos supli-
camos que ela seja levada à vossa presença,
para que, ao participarmos deste altar, rece-
bendo o Corpo e o Sangue de vosso Filho, se-
jamos repletos de todas as graças e bênçãos
do céu. (Por Cristo, Senhor nosso, Amém).

tui in sublímē altáre tuum, in conspéctu divínæ maiestátis tuæ; ut, quotquot ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui Corpus et Sáanguinem sumpsérimus, omni benedictióne cælésti et grátia repleámur. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

V. Meménto étiam, Dómine, famulórum famularúmque tuárum N. et N., qui nos præcessérunt cum signo fidei, et dórmiunt in somno pacis. Ipsi, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigerií, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

V. Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitudíne miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam et societátem donáre dignéris cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus: cum Ioánnē, Stéphanō, Matthíā, Bárnabā, (Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia) et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

V. Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctíficas, vivíficas, benedícis, et præstas nobis.

V. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor et glória per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Lembrai-vos, ó Pai, dos vossos filhos e filhas N.N. que partiram desta vida, marcados com o sinal da fé. A eles, e a todos os que adormeceram no Cristo, concedei a felicidade, a luz e a paz. (Por Cristo, Senhor nosso, Amém).

V. E a todos nós pecadores, que confiamos na vossa imensa misericórdia, concedei, não por vossos méritos, mas por vossa bondade, o convívio dos Apóstolos e Mártires: João Batista e Estêvão, Matias e Barnabé (Inácio, Alexandre, Marcelino e Pedro; Felicidade e Perpétua, Águeda e Luzia, Inês, Cecília, Anastácia) e todos os vossos santos. Por Cristo, Senhor nosso.

V. Por ele não cessais de criar e santificar estes bens e distribuí-los entre nós.

V. Por Cristo, com Cristo e em Cristo, a Vós Deus Pai todo-poderoso, na unidade do Espírito Santo, toda honra e toda a glória, agora e para sempre.

R. Amém

